

*Doc. 36 (Scriptum eat
Magistris iuratis Rivinigri...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Doc. 36 (Scriptum eat
Magistris iuratis Rivinigri...)*

1301-05-04

Scriptum est magistris iuratis Lacuspensilis Rivinigri Ripecandide et Cigliano fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem.

Fidelitati vostre mandamus expresse quatenus ad requisitionem Corradi de Ripacandida bersatoris nostri, quem ad opus hospitii nostri in forestis istarum partium bersari volamus animalia que sibi oportuna fuerint, pro portandis ad predictum hospitium nostrum carnibus animalium silvestrium que occiderit statim invenire sibique assignare curetis ut cum animalibus ipsis dictas carnes ad predictum nostrum hospitium valeat destinare patronis enim animalium ipsorum de loerio condecenci per curiam nostram integre satisfiet.

Datum Neapoli sub parvo nostro sigillo anno domini MCCCi die quarto madii XIII indictionis.